

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

215

A. v. S.

A. R. S.
POST HABITAM ORATIONEM

SCHÆFERIANO NOMINI SACRAM

LITTERARIA IVVENTVS

IN HOMACOIO SCHOLÆ SORANÆ

DIVINIS AVSPICIIS

A. D. III. KAL. MAI. c^lcc xxvi.

4

ERIBVS A

15

Adolescentes humanissimi & bonæ spei

JO. SAMVEL BRAVN, Neostad. Sil.

CHRISTIAN. GOTTFR. RÆBIGER,

Sagan. Sil.

CAR. FRIDER. CAMMANN, Neo-March.

sub ipsum in academiam discessum

Musas nostras extremum alloquentur:

ad quos audiendos

MÆCENATES, PATRONOS

8

quos nec studiorum suorum pœnitet,

nec alienorum tædet,

a, qua fas est,

inuitat

ui in priorem pa

I. Maccab. I.

JO GOTTER. ZEISKE.

SORAUÆ. Imprincebat Jo. Gottlieb Rothius, Typogr. Aul. Promnit.



* * *

Asmoniorum res gestas descripturus auctor primi, prout vulgo numeratur, libri Maccabaeorum, ut ad Antiochi illustris tempora sibi vestibula & aditus faciat, in narrandi exordio de Alexandro magno disferre instituit. Auspicatur voluminis principium his verbis: *accidit postquam percusserat Alexander, qui egressus terra Chettium percusserat Darium, atque alia facinora nobilia fecerat, ut gratis morbo decumberet,* & quiz sequuntur. Vbi mira illa verborum structura animum lectoris vel græce vel latine docti distrahere & anticipem interpretandi curam afferre posset, si ignoraret, conditorum historias suis hominibus ebræis, patetque lingua, de qua postea opus conuersum est, scripsisse; quod viri docti & in iis celeberr. Fabricius in bibl. græc. affirmant, & ipsa loquendo ratio vbiique prodit. Vnde etiam facilis hyperbaton illud, quod ab initio ad versum usque quantum pertinet, vel excusabimus vel tuebimur, cum sane non omnia hyperbat, aliquoquin virtus sermonis a verborum architectis annumerata, in vito esse vel exemplis Paulinus appearat. Illud etiam minus commode fieri quibusdam videbitur, vt post *perd ro mō dēs* ingrata repetitione scribatur ḥ̄ *exārāgē*, quod vulgariter plane omisit, nisi præter ebræi lingue genium dixeris, illud ḥ̄ interpretandum esse; *quippe qui Macedonia profectus Darium debellauerat.* Maiori cura studioque indagandum est, quod memorat scriptor noster, exiisse Alexandrum ex terra *Chettium*: in quo vocabulo explanando dum defudant doctissimi interpretes, opinionem varietate non leviter inter se disident. Sed primum positum sit, *Chettii, Chetti, Chittii, Cethi, Ktiai, Ktiai, Ktiai, Ktiai* varia scriptio eius rei esse nomina, ut Drusius presertim ad 1. Macc. 1. indicat, & ex collatione græcorum interpretum, vulgati, & celebrorum codicium eluet. Nec minus in confessio est, hoc nomen de fontibus ebræis ductum & referendum esse ad Janavias Græcorum omnium parentis progeniem Chittim, cuius mentionem facit Moses Gen. X. Aut filii appellatio fuerit, sive posterorum; licet quinam Kittim illi sint, non consentiantur. Cithim coenunt sere cum oppido in Cypro insula Cifio, quod Cittigen etiam scribunt P. Daniellus ad Nepotem, Cythium: & eam quidem græcam ciuitatem vocat Diogenes Laert., in vita Zenonis Cittienis; sed coloniam Phœnicium alii, quia a Phœnicibus habitat: vnde etiam Zeno dicitur est Phœnicius, ut Suidas tradit. Quæ cum ita sit, per Cithim Cypris intelligit Grotius (quemadmodum Cypril, docente Drusio, a Menandro Ephesio Cittice vocantur) sed ita tam, vt per catadreis omnia loca trans mare posita, & in his Macedonia hoc nomine appelletur. Erat in loco nostro de Macedonia sermo est, sicut 1. Macc. VIII. 5. Cittenses pro Macedonibus positi sunt, quorum rex Pefferus erat, nisi rerum omnium ignorantia coarctare scriptore velintur. Kithim est Macedonia, ipsi persuadere potuit Balaami vaticinium Num. XXIV. 24. vbi naues dicuntur profectura & Kittim, & Asturem profractur. Evidenter eum locum vulgare interpretatione Italia accipit, non minus quam Jer. II. 10. Ezech. XXVII. 5. vti Dan. XI. 30. de Rōmanis: quam sententiam Beroët est inter alias tefatur Carolus Stephanus in dictionario, canique magno eruditissimo apparatu Bochartus in Phaleg tucter. Verum Bileam oraculum ad Romanos accommodari non potest, quibus Euphrates plerunque obiectus fuit, quo minus arma vetricis in oriente circumferrent, tantum abest, vt Asyrios debellarent. Nisi forte audiemus Lutheri glossam, qua Europæas gentes, Macedonas & Romanos coniungit, quorum illi Asyrios, hi quoque Ebræos, Eberis nomine, vt credere par est significatos, affixerunt: quanquam vt huc deuenientibus non est necesse. Cum sanctissima vates Elias c. XXIII. Tyri excidium predicit, res dubia est, de Nabuchodonosoro loquatur, an Alexandr Tyrum euersuro: hoc vulgo docent, sed illud defendit in Ezechiele Hieronymus. Terram Kittim ab Elia memorari certum est, Kittim item, si recte capio locum, excitari ad aggrediendo post Tyrum subversam Chaldaeos: quod non nisi ad Alexandrum referri potest; cui rei etiam argumento est, quod post LXX. annos resurrexerat urbs dicitur, nempe a Seleucidis restituenda. Videatur Drusius ipsum nomen Macedonum a voce Cithim deducere, qui dicuntur quoque Maceta (cuius formæ exempla collegit Scaliger in autoniam lectionibus, & aliis) vti apud Hefychium *pauxertia* vel secundum alios *paxertia* reperitur. Vnde autem prima syllaba MA accesserit, Drusius non addit: quanquam caput voci vel in oriente, vel in Hellade verisimili ratione inueniri poset: at Solinus nam a Macedone quodam Macedonian, an Cluerius a parte eius Mygdonia, cum exiguum sit pronunciationis in vtrique discrimen, appellatam rectius dicat, docti viderint. Profecti igitur sumus cum Alexandro ex Macedonia, nec quicquam impedit emetiri cum eo Hellespontum, Darium ad Granicum annem, in fauibus Cilicie & ad Arbelâ aggredi, viiunctum acie percusoribus trucidandum reliquere. Sed quid illud

illud, quod historicus addit: **Alexandrum** primum loco Darii regnum Helladis obtinuisse? quasi
in Darii regno ac ditione Graecia unquam fuisse, quam ne tentauerat quidem: quasi Philippus
non iam ante eum regnasset in Graecia. Ita ex difficultate facile se expedit latius interpres,
locum istum plane prætermittendo, nisi hoc potius est vi intentata nodum secare (quod Alexander
quidem, non item in Alexandrum licet) quam arte quadam adhibita apte soluere. Evidenter vox
πρότερος neminem mouere debet, cum comparandi gradum pro summo ponit, vel e Poselio con-
suet, & a Curio duo **maiora** omnium nauigia dicantur, quæ esent **maxima**, & a Druso Sira-
tida locus excitetur, ubi sapientia *πρότερα πνεύμων* condita dicitur. **Ast** regnum Graecie Drusius
docet a Judæis eo tempore nuncupatum, quod eset Syro-Macedonum, gente Graiorum, licet hi
non Graecæ, sed Asia imperarent: addit Grotius Syria Ægyptum, quas prouincias notum est Se-
lencidis & Lagidis paruisse. Fatoe, hæc non incommodo excogitata esse, ad amoliendum ab his-
torico nostro errorem: sed ita tamen loquendi modo parum proprie vlos esse Ebræos arbitror,
maxime cum vocabula ipsiis in promtu esent, quibus & Syriam & Ægyptum designarent. Por-
to victor Darii scepis instruha acie prælim commisit: id enim vult græca phrasis v. 2. vt ex
eodem capite v. 18. nec non c. II. 32. patefit, ac similes ex Polybio & Plutarcho affterri possent
loquendi formulæ: sed vulgatus ad verbum, **constituit prælia multa**, qui & statim **obtinuer-**
se omnium munitiones scribit, cum deberet, multa eaque munitionis loca occupasse. Cum
additur **magia se** seu interfecisse **reges terra**, de illi, hoc dici nequit orientis regibus, quos cum
insulis obutios habuisse Iustinus refert: nam in deditis summo clementia vius est Alexander:
Bessum, vero aliquos regni affectati reos, multosque pasum bellū duces & principes etiam su-
rum partium occidisse nemo negaverit. Dicitur venish ad extremos terræ fines, quod de Ocea-
no interpretari liber, opinis gentium spoliis exercitum ditasse, vecchiales sibi populos fecisse, hos-
que magna nominis fusa, felicitate prudentiis rebus compotis pacasse. Postea cum in mor-
bum incidisset & morti proximus eset, acerbitis ministris (*παιδία* vocat noſter) diuifisfe re-
gnū narrat: quod vitio & culpa dandum minime esse scriptori huic arbitratur Drusius. Siue
enim cum quibusdam existimes, regnum diuidendum reliquise; siue de administratione regni
purpuratis credita sermonem esse contendas; siue ex opinione hominum & fama locutum histo-
ricum putes, rem saluam esse, certe alios aliud, teste Arriano, de Alexandro scriptum reliquise,
nec maiorem sententiarum, quam de hoc rege, diuifsum deprehendi. In tantis tenebris vix
gradum tuu figura fecit, præterea si confidere, a Diodoro trādi, **Alexandrum** siue prole deces-
sisse. Plutarchum huic ex parte aduersari, & multo magis Nepotem; vt raceam ab aliis referri,
testamento Alexandri disperitas fuisse prouincias. Nec illud prætermittendum, quod de annu-
lo Perdicce tradito grauissimi auctores commiemorant; quod Iustinus quidem l. XII. 15. inter-
pretatur, Perdiccan, *et si non voce, nuncupatum heredem, iudicio tamen electum esse,*
& in eandem sententiam rem explicant Kirchmannus & Licetus de annulis. Evidenter Zimmer-
mannus in florilegi part I. p. 130. Alexandri, Tiberii, Scipionis & aliorum exemplis adductis,
detractos fuisse annulos opinatur, *ne in pollindorum manus venirent, quippe qui postea*
redditi digitis cum cädaueribus in rogum conieci fuerint; quanvis etiam ad vitian-
das fraudes fieri potuerit. Sed vero mihi simillimum videtur Nepotis in Eumeni judicium,
Perdicce dato anno summam rerum, vt tueretur, sijsisse traditam; & omnes inde intellexisse,
regnū huic duci commendatum, quod liberi Alexandri ad matuiores annos peruenissent. In
ea re conscientes habeo viros doctissimos Loccenium, J. A. Boſum, Cellarium, alios: quan-
quam seio, huic sententia maxime opponi posse dictum illud morientis regis, quo testis est,
τὸν ὑπάρχον, vt Diodorus refert, *se ὄπιστον*, vt idem alio loco, heredem imperii a se constituti.
Quicquid id est, certe diutio viuo Alexandre facta non est, sed fatis defuncto, quod magno con-
senſu Diodorus, Arrianus, Dexippus Atheniensis de rebus post Alexandrum apud Photium, Cür-
tius, Iustinus, Orofius & vt Ebræum Ebræo opponamus, Josephus docent. Quod superest, de Ale-
xandri obitu additur, regnasse annos XII. & tum diem obiis supremum: nempe si Vsternum sequi-
mur, anno ter millesimo hexcenteno sexagesimo octauo successit Philippo, eiusdem seculi anno o-
ctogesimo primo, id est, decimo tertio imperii fatis concessit, prætore Hegesia. Diem etiam ex ephemeridibus Alexandri definierunt Aelianus & Arrianus, ne tamen prorofus inter se concordant: vnde
etiam viri eruditæ Aelianum quodammodo emendare nituntur. Quando nonnulli annum imperii
numerant, quo mortuus fit, intelligendum est de regno Afie, post victum demortuumque Da-
rium occupato: nam secundo anno Olympiadis CXII, apud Arbela depugnatum & paulo post Da-
rium trucidatum esse cum Petauio & Strauchio plerique amice conspirant. Non tacuit Noſter via
Ale-

Alexandri, in primis crudelitatem *maestandi* voce expressam, iniustiam armorum, imperiosum
 animum potenterque cupidissimum, ac maxime nimiam sui estimationem intollerandamque su-
 perbiam. Arque de iis etiam flagitiis in praesenti agere animus est, vt rationem nostrarum acro-
 sae & esotericarum quibus præter alia Curtius profligatus est, aliæ ex parte redderemus, & sic
 ut olim virtutes tanti regis in exemplum imitari volentibus proposuimus, ita nunc facinoribus
 perstrictis nostris doceremus, quam turpia ea sint, quibus Alexandri rebus gefis labes adspersa
 est. Pruisquam tamen ad institutum hoc descendamus, Vir Clar. Dom. CHRISTOPHORVS
 SCHORISCH, collega noſter amantisſimus SCHÆFERIANO nomini germanica, vt præfuitum
 est, oratione ex cathedra habenda pietatem testabitur, & insigni B. VIRI beneficium meritis lau-
 dibus prædicit. Posthac adolescentes de schola noſtra in medium prodibunt, ac de *turpisſi-
 mis* & improbisſimis Alexandri *fætis in viuierum* pauca preponet sermonem latino *Theod.*
Bernb. Lehmann, Beſcov. Luf. Orationem eximie in Alexandrum *liberalitatis* occidum
 orat. germ. indignabitur *Jo. Christian. Lieſfeld, Sor.* & vna beneficentiam GENEROS. DOM.
 BALTHASARIS ab HEINZENAV, toparchie Petersdorffii b.m. quia insignem scholæ noſtræ alu-
 minorum numerum liberali vieti prebito fibi obstrinxit, perpetua pro virium modulo gloria
 commendabit. Tum *Gottlob Ehrenfr. a Wiedebach, Eq. Luf.* orat. lat. eadem *Betus*,
 qua Achilleum rex imitari voluit; *Lysinacbum leonibus obiectum* serm. germ. *Jo. Rud. a
 Wiedebach, Eq. Luf. Philote & Cliti necem latine* *Jo. Gottlob Eschenhagen, Croſa Sil;*
 sed indignisſimam *Parmenionis* occisionem germanice *Car. Gottlob Wieck, Elyſtrowerd.*
Mifn. eademque lingua mortem *Callistheni* cruciato oblatam *Gottlieb Frid. Lange, Rog-*
gou. Pomer. reprehendit. De incensa *Persiarum regia* *Car. Gunther, a Salza & Lichtenau* *Eq. Luf.* vernacula; de *Branchidio & Indis* perfide interficiis *Christian. Sigism. Jacobi, Sagan.* latine; de *ebriosis* & præmio per potionibus constituto *Jo. Sam. Pritsch, Herrnſtad. Sil.* germanice; de *pudore profanato* *Balth. Erdm. Heinſius, Tribell. Luf.* græca verba facient. Eo loco peropportuno dato sanctissimum coniugii feculus, quod inierunt
 nuper SERENISSIMVS PRINCEPS ANHALTINVS AVGUSTVS LVDO-
 VICVS, & CELSISSIMA Eminensſima Stirpis PROMNITIANÆ propago CHRI-
 STIANA JOANNA EMILIA, seculi sui & ſexus ornamentum, submisifime celebra-
 bit *Jo. Bernb. Lange, Rogg. Pom.* & pia vota nuncupabit. Deinde *Jo. Sam. Braun* te-
 merarium Alexandri salutem in Oxydracarum urbem lat. orat.; *superitionem* in confundendo
 Aristandro *Christ. Gotfr. Rabiger* græca; affectatam *diuinitatem* latina *Car. Frid. Cam-*
mann prosequentur. Sed cum iudeum, qui partim ab ineunte xata, partim compluribus annis
 Mufis apud nos operati, probitatis, modestiae & diligencie documenta luculenta dederunt, simul
 scholæ noſtræ valedictori sint, *Braunus* carmine germ.; *Rabigerus* profa latina, & *Cuman-*
zus germanica officio ſuo fungentur. Iis *Sam. Gensichen, Munchenberg, Moſo-March.*
 ebraice, capto de Alexandri ſtultitia, qui *adorari* voluit, exordio; & instituta *virtutum & vi-*
tiorum huius regis *comparatione* *Christian. Jonas Werckmeister, Schäntfies, Neo-*
March. elegia lat. discessum gratulabuntur, & denique ode decantata ad eudem finem *Jo.*
Henr. Breunig, Loof. Sagan. modum & terminum acroſi flatuet. Macenates, Patronos
 & rei scholæ amplificatores plane etiam atque etiam rogamus, vt concionibus nostris circum-
 cisis & breuibus frequentes adesit, & in nos propendere benigna voluntatis inclinatione peruelint,
 quam fideliter mentis memoria, vi meruisse videamur, operam dabimus. Adolescentes au-
 tem humaniſimos ex umbra noſtra in lucem academicam abiutos fauſis omnibus ac votis pro-
 fequimur, & vt ceptim laudabiliter curſum prouida festinatione continent, deuotatissime omni-
 bus flagitiis, quæ graſasſantibus ad veram laudem & felicitatem, vel Alexandro teſte, ob-
 flacula fuit, candidissimana metam feliciter contingent, DEVVM oþreſtāmūr.

P. P. iv. kal. Mai. cl. locc. xxvi.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



A. u. O.

POST HABITAM ORATIONEM

SCHÆFERIANO NOMINI
SACRAM

LITTERARIA IVVENTVS

IN HOMACOIO SCHOLÆ SORANÆ
DIVINIS AVSPICIIS

A. D. III. KAL. MAI. clo 1ccxxvi.

DE TVRPIORIBVS ALEXANDRI
AGNI FACTIS
DECLAMABIT,& simul
entes humanissimi & bonæ spei

VEL BRAVN, Neostad. Sil.

N. GOTTFR. RÆBIGER,
Sagan. Sil.ER. CAMMANN, Neo-March.
n in academiam discessum
nostras extreum alloquentur:
ad quos audiendos

NATES, PATRONOS


&
ec studiorum suorum pœnitet,
nec alienorum tædet,
a, qua fas est, obseruantia
inuitat
breui in priorem partem

I. Maccab. I.

commentatione

D. GOTTFR. ZEISKE.

linebat Jo. Gottlieb Rothius, Typogr. Aul. Promnit.



B.I.G.